



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 153. Extrema Ferinandi Nonnii Gusman.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

tum Ecclesiæ administrare velit , hanc Sæcul. XVI.
intentionem tum habeat, quando serio, A.C.1552.
ac externe requisitos ritus adhibet,
quainvis interius ea omnia per jocum,
vel ludibrium facere intendat. Conscrip-
fit adhuc plures alios tractatus de Sa-
cramentis , ac præcipue de Matrimo-
nio ; alium vero elucubravit de libris
Canonicis , in quo contra Protestantes
propugnat illos libros , quos Romana
Ecclesia tanquam Canonicos recipit , in
veteri tamen Canone non reperiuntur:
Denique posteris reliquit varios tracta-
tus,in quorum uno discutit , an ex jure
divino contra hæreticos poena mortis
infligenda sit; in altero autem inquirit,
utrum ex eodem jure Divino Episcopo-
rum residentia profluat : porro in reli-
quis agit de parvolorum Baptismo, reli-
gione Judæorum , & de dissolutione ma-
trimonii ob cauffam adulterii. Exstant
adhuc plures alii ejusdem Auctoris li-
belli : ceterum id unice Catharino
crimini dari potest , quod nimium libero
calamo in scriptis suis, ac nimia audacia
in suis opinionibus usus fuerit.

§. CLIII.

*Extrema Ferdinandi Nonnii
Gusman.*

Ferdinandus Nunnez , seu Nonnius ex
illustri Gusmanorum familia Pinciæ

K k 4 or-

Sæcul XVI ortus, atque inde vulgo a latinis Fer.
 A. C. 1552. dinandus Nonnius Pincianus dictus,
 Nicol. Ant filius erat alterius Ferdinandi Gusma-
 Bibl. Script. ni, qui Hispaniæ Regis ærario præfe-
 Hist. Mi- ctus erat. Porro juvenis Ferdinandus
 ræus de prima linquarum elementa sub Antonio
 Script. Sæ- Nebrissenfi didicit, & postea in Italia
 culi XVI. Alv. Gomez Bononiæ sub Philippo Beroaldo huma-
 in vita nioribus literis operam dedit, inde ve-
 Card. Ximen- ro in patriam reversus, Græcam lin-
 Thu. l. II. quam cum ingenti nominis sui laude
 palam professus est in Complutensi Uni-
 versitate, ad quam a Ximenio Cardi-
 nale vocabatur. Numerabat Discipulos
 prorsus insignes, quos inter eminebant
 Leo de castro, Hieronymus Lurita,
 Christophorus Orosius, & Franciscus
 de Mendoza, qui postea Cardinalium
 purpura decorabatur, atque hi omnes
 ob raram eruditionem ubique commen-
 dabantur. Postea Cardinalis Ximenius
 cognitis Nunnii meritis, ejusdem ope-
 ra usus est in procudenda Bibliorum
 Complutensium editione, eidemque
 Græcam septuaginta Interpretum ver-
 sionem latine reddendi curam commi-
 fit. Ceterum Nunnius etiam posteritati
 reliquit annotationes in opera Seneca
 Philosophi, necnon commentarios in
 Pomponium Melam, atque in Historiam
 naturalem Plinii, & denum suam Bib-
 liothecam

liothecam Salmanticensi Universitati Sæcul. XVI.
legavit, atque octogenario major hoc A.C. 1552.
anno mortalitatem exuit. (*)

§. CLIV.

*Billichii Carmelitæ, & Hermanni
Weiden Archiepiscopi Coloniensis fata.*

Eodem Anno Everardus Billichius Coloniensis ex ordine Fratrum Carmelitarum Theologus Tridenti in Concilio, cui cum magna nominis fama in-

K k 5 ter-

(*) Evidem Continuator §. CXLVI. pollicitus est, quod Lilius Gregorii Giraldi fata recensere velit, verum ex naturali, ut automo, oblivione promisso haud stetit, unde quorundam forte Lectorum desiderio satisfactus, hæc subjungo :

Eodem Anno Domini millesimo quingen-
tesimo quinquagesimo secundo Mense Februario obiit Lilius Gregorius Geraldus. Hic anno Christi millesimo quadringentesimo septua-
gesimo quarto die decima tertia Junii Ferrariae
natus non modo arte poetica, sed etiam omni
politiori literatura, atque antiquitatum, lin-
quarumque peritia excelluit. Emenso studio-
rum curriculo Alberti Pii Carpiensis Principis,
nec non Joannis Francisci Pici Mirandulani be-
nevo-

